

siccome feci anch'io nel capo precedente, il solo senso compendiosamente ristretto (1). Eccolo adunque :

« IN CHRISTI NOMINE, AMEN. Anno nativitatis ejusdem
 » M.D.X. Indictione decimatertia, die vero decimaquinta mensis
 » februarii. Licet illustris princeps et excellens dominus d. Leo-
 » nardus Lauredanus inclytus dux et excellentissimum dominium
 » Venetiarum fecerint et instituerint suos procuratores legitimos,
 » magnificos et praeclaros viros dominos Dominicum Trivanum
 » equitem, procuratorem sancti Marci, Leonardum Mocenigo,
 » Aloysium Maripetro, Paulum Capellum equitem, Paulum Pisani
 » equitem tunc in humanis agentem, et Hieronymum Donatum
 » doctorem, oratores suos in romana curia residentes, cum amplis-
 » simo mandato, facultate et libertate ad omnia et singula agen-
 » dum, tractandum, et fine debito terminandum cum sanctissimo
 » domino nostro domino Julio divina providentia pontifice summo
 » ac cum sacro collegio reverendissimorum dominorum cardina-
 » lium, vel ab eis institutorum vel substituendorum cum omnibus
 » clausulis necessariis et opportunis, prout constat duobus procu-
 » ratoriis instrumentis, primo sub die ultimo mensis Julii, secundo
 » sub die undecimo mensis septembri proxime praeteritorum, ro-
 » gatis et stipulatis manu mei notarii infrascripti: tamen, ut cunetis
 » innotescat perpessissimus animus et filialis dispositio sua erga
 » beatissimum dominum nostrum praefatum et sedem sanctam
 » apostolicam cum consiliis plenam auctoritatem et facultatem ha-
 » bentibus voluerunt, et in nomine domini nostri Jesu Christi
 » omnibus melioribus modo, via, jure et forma, quibus magis,
 » melius et validius fieri potest et debet, de novo fecerunt, consti-
 » tuerunt, creaverunt et ordinaverunt ac virtute praesentis publici

(1) Nota il Darù, esisterne una copia in un manoscritto della biblioteca del re, intitolato : *Varie scritture di Venezia*, ed esservi distinto coll'indicazione di *Copia capitulorum factorum de anno 1510 inter* *sanctiss. D.N. papam Julium II et illust. dominium Venetorum*. Io lo trassi invece da più esatta fonte : dall'ediz. stessa di Roma, fatta nel 1606.